AÑO 1902 Lúnes 15 de Diciembre NUM. 24

# BOLETIN OFICIAL DEL OBISPADO DE BADAJOZ

SUMARIO: Nueva prórroga del privilegio de la Bula de la Santa Cruzada: Aclaraciones novísimas en el texto de dicha Bula.—Edicto convocando á oposición de una Canongía en esta S. I. C.—Leyes, Disposiciones y Resoluciones sobre exceptuación de bienes de Capellanías, (conclusión.)—Obra de la Propagación de la Fé.—Exposición Diocesana.

## Privilegii Sanctae Bullae Cruciatae Iterata Prorogatio.

DILECTO IN XTO FILIO NOSTRO
ALPHONSO XIII
HISPANIARUM REGI CATHOLICO

### LEO PP. XIII

Carissime in Xto Fili Noster salutem et Apostolicam benedictionem. Dum infidelium furor catholicos Principes et populos continuis bellis agitaret ac variis Europae regionibus ipsique Italiæ extremum discrimen cum animarum pernicie minitaretur ad tantum periculum prohibendum Philippus II Hispaniarum Rex Catholicus ab hac S. Sede Apostolicas litteras accepit quibus plures gratiae favoresque tum spirituales tum temporales ad certum annorum intervallum tribuebantur iis ex Hispanicae ditione fidelibus qui ad praelia contra infideles proficiscerentur aut militares illas expeditiones peculiari ope aut contributo in expensas necessarias pecuniae summa iuvarent. Quod quidem Indultum nonnullis additis seu declaratis saepius a Romanis deinceps Pon-

tificibus Decessoribus Nostris ac semel atque iterum prorogatum fuit nulla licet urgente contra infideles praeliandi necessitate, eo tamen consilio ut eleemosynae ex concessionibus in Indulto comprehensis collectae ad pios usus erogarentur. Porro in solemni de Ecclesiasticis negotiis conventione quae cum Hispaniarum Regina Catholica die XVI Martii anno MDCCCLI inita similibus litteris Apostolicis nonis Septembris eiusdem anni confirmata fuit articulo XL cautum est ut in posterum in ditione Hispanica Ordinarii Praesules Bullae Cruciatae proventus in sua quisque Dioecesi administret ad eos usus erogandos iuxta normam in ultima prorogatione Apostolici indulti praescriptam salvis obligationibus quibus iidem proventus vi conventionum cum S. Sede initarum obnoxii sunt; in conventione autem additionali inita die XXV Augusti anno MDCCCLIX expresse cautum fuit ut in posterum Bullae Cruciatae proventus omnes salva eorumdem parte S. Sedi ut superius debita in expensas divini cultus exclusive impendi debeant. Quod vero attinet ad Apostolicas facultates adnexas officio Commissarii Generalis Bullae Cruciatae et consequentes attributiones in eodem solemnis Conventionis articulo XL statutum fuit ut illae per Archiepiscopum Toletanum ex amplitudine et forma exerceantur quas S. Sedes praefiniverit. Iam vero cum memoratae Bullae Cruciatae Indultum novissime a Novis prorogatum prima S. Adventus Dominica proxima presentis anni MDCCCCII finem sit habiturum per tuum apud S. Sedem oratorem Catholicae Maiestatis tuae nomine preçes Nobis sunt exhibitae ut illud denuo de Apostolica Nostra auctoritate prorogare velimus. Nos igitur considerantes proventus qui ex eodem indulto colligendi sunt in expensas divini cultus fore insumendos et in levamen Hispanicarum Ecclesiarum quae ex praeterita temporum acerbitate tot tantisque detrimentis afflictae sunt: desideriis tuis, quantum in Domino possumus, obsecundare decrevimus. Quare Apostolica Nostra auctoritate tenore praesentium litterarum ad duodecim annos tantum qui a prima S. Adventus Dominica proximi futuri anni effluere incipient concedimus et indulgemus ut christifideles utriusque sexus in Regno Hispaniarum et in insulis aliisque locis etiam ultramarinis civili ditioni Maiestatis tuae subditis commorantes vel ad regnum insulas et loca eadem divertentes qui intra annum a consuetis publicationibus harum earumdem litterarum de more computandum sponte contulerint eleemosynam ab Archiepiscopo Toletano in officium Commissarii Generalis subro-

Ministerio de Cultura 2010

gato et harum litterarum executore pro vario eorumdem christifidelium gradu et conditione taxatam et in supradictos pios usus erogandam gratis favoribus et privilegiis frui possint quae nunc declarabimus. De hisce vero ab executore praedicto summarium conficiendum erit, quod unusquisque ex commemoratis christifidelibus accipere debebit ut privilegiis favoribus gratiisque perfrui queat. I. Ac primum quidem iisdem christifidelibus omnibus et singulis qui vere poenitentes peccata sua intra annum praedictum confessi fuerint et SSmum. Eucharistiae Sacramentum devote susceperint, aut si non valeant haec Sacramenta suscipere, id saltem corde contrito desiderent, Plenariam omnium et singulorum peccatorum indulgentiam et remissionem, quae proficiscentibus ad recuperationem Terrae Sanctae concedi solet tribuimus ac largimur. Eos tamen qui pecata sua confiteri non possint, et si id contrito corde desiderent, supradicta Plenaria indulgentia tunc solum frui posse statuimus, si alias intra praescriptum cuique fideli ab Ecclesia tempus confessi sint neque in huius Nostrae concessionis confidentiam praeceptum illud explere neglexerint. Item eadem indulgentia suffragabitur per modum suffragii etiam animabus defunctorum pro quibus christifideles eleemosynam de bonis suis ab Archiepiscopo Toletano taxandam et in supradictos pios usus erogandam contulerint: II Insuper omnibus et singulis christifidelibus praedictis ut ipsi dicto anno durante, possint in Ecclesiis in quibus alias divina officia interdicto durante, quomodolibet celebrare permissum fuerint, vel in privato oratorio ad divinum cultum tantum deputato, ab Ordinario visitando et designando, etiam tempore interdicti cui ipsi causam non dederint vel per eos non steterit quominus admoveatur et illi qui facultatem ad id ab harum litterarum executore alias habuerunt etiam per horam antequam illucescat dies et per horam post meridiem in sua et familiarium ac domesticorum et consanguineorum suorum presentia missas aliaque divina officia per se ipsos si presbyteri sint vel per alium celebrari facere ac tempore interdicti illis interesse clausis ianuis et non pulsatis campanis et excommunicatis et specialiter interdictis exclusis ita tamen ut si privato oratorio ad praemissa uti voluerint qnoties id fecerint aliquas preces Deo pro exaltatione S. Matris Ecclesiae propagatione Catholicae fide, pace ac concordia Christianorum Principum, haeresum extirpatione, pecatorum conversione fundere teneantur necnon durante huiusmodi interdicto Eucharistiam et alia Sacramenta in dictis Eccle-

Ministerio de Cultura 2010

siis vel Oratorio praeterquam in die Paschatis recipere ipsorumque chistifidelium tempore interdicti huiusmodi decedentium corpora nisi forte excommunicationi vinculo innodati decesserint, cum moderata funerali pompa sepeliri valeant. III. Insuper ut intra limites tantum Hispanicae ditionis non autem in aliis locis iidem christifideles praedicto perdurante anno tam quadragesimalibus quam ceteris eius anni diebus quibus usus carnium, ovorum et lacticiniorum prohibitus est, iisdem ovis et lacticiniis atquè etiam carnibus de utriusque tamen medici consilio, si necessitas vel infirma corporis valetudo aut alia quaecumque indigentia exegerit uti et vesci, servata scilicet in reliquis ieiunii lege, libere ac licite valeant, Apostolica pariter auctoritate concedimus et indulgemus. Verum ad quadragesimale tempus quod attinet ab hoc indulto exceptos volumus Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Praesulesque inferiores, nec non regulares Ecclesiasticos Ordinum non militarium et presbyteros saeculares qui ad sexaginta annorum aetatem non pervenerint. IV. Item iisdem christifidelibus dicto durante anno, quoties extra dies ieiunio consecratos voluntarie ieiunaverint aut a ieiunio legitime impediti pium aliud opus sibi a Parocho vel confessario praescribendum peregerint et pro exaltatione S. Matris Ecclesiae, propagatione Catholicae fidei, pace ac concordia Christianorum Principum, haeresum extirpatione, peccatorum conversione pias Deo preces obtulerint quindecim annos et totidem quadragenas indulgentiae et remissionis, dummodo saltem contriti sint, misericorditer in Domino tribuimus, eosdemque participatione donamus orationum, eleemosynarum aliorumque piorum operum quae ipso illo die, quo ieiunaverint in tota militante Ecclesia peragantur. V. Praeterea christifidelibus ipsis, dicto anno durante in singulis diebus stationum Almae Urbis Nostrae quinque Ecclesias seu altaria aut in illorum defectum quinquies unum et idem altare, Monialibus vero cuiusvis Ordinis et Instituti regularis ac mulieribus et puellis in quibusvis Monasteriis seu Conservatoriis degentibus si forte Ecclesias non habuerint Cappellas ab Ecclesiasticis viris earum legitimis superioribus designandas respective devote visitantibus et in eis pias ad Deum preces ad praedictos fines effundentibus omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones et poenitentiarum relaxationes alias Ecclesiis tam intra quam extra moenia memoratae Almae Urbis Nostrae ad quas Stationes fixae existunt concessas eadem Apostolica Nostra auctoritate misecorditer in Domino concedimus. Immo diebus in quibus etiam pro Stationi-

Ministerio de Cultura 2010

bus Urbis partialis tantum data est, concedimus ut memorati christifideles vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti supramemorantam visitationem peragentes Plenariam indulgentiam omnium peccatorum suorum et remissionem unica tamen vice singulis praefatis diebus lucrari valeant. Omnes autem et singulas indulgentias quae in hisce Apostolicis litteris conceduntur animabus christifidelium quae Deo in charitate coniunctae ab hac luce migraverint applicabiles decernimus et declaramus. VI. Jam ut christifideles praedicti sanctis indulgentiis facilius frui queant concedimus ut ipsi bis hoc est semel in vita et semel in mortis articulo valeant sibi eligere presbyterum secularem aut regularem qui sit confessarius per ordinarium approbatus atque ab eo in foro conscientiae a quibuscumque peccatis et censuris cuique ordinario atque etiam Apostolicae Sedi reservatis excepto haeresis crimine et quoad ecclesiasticos excepta etiam censura de qua in Constitutione Benedicti PP. XIV «Sacramentnm poenitentiae» absolvi possint imposita semper poenitentia salutari alisque iniunctis quae de iure iniungenda sunt. Insuper ut vota simplicia per christifideles ipsos emissa excepto tamen ultramarino, castitatis et religionis ad eodem confessario in alia pia opera ac adiunctum his subsidium aliquod executori harum litterarum supradictos pios fines transmittendum commutari possint, Apostolica pariter auctoritate indulgemus. VII. Ad haec ut iidem christifideles non tamen semel sed bis singulo ab harum litterarum publicatione anno supradictan eleemosynam conferre, harum gratiarum summarium sumere atque hinc tam pro se quam per modum suffragii pro animabus in purgatorio detentis indulgentias, concessiones et indulta praedicta consequi eisque infra eumdem annum bis ut praefertur, uti et potiri addictorum bonorum spiritualium participes fieri valeant pariter in Domino concedimus. VIII. Ulterius eidem harum litterarum executori potestatem facimus ut super irregularitate cum his qui ecclesiasticis censuris ligati missas at alia divina officia, non tamen in contemptum clavium, celebraverint aut alias se divinis immiscuerint, et super alia qualibet irregularitate ex delicto proveniente dummodo quis in irregularitate huiusmodi per sex menses non insorduerit, et exceptis semper irregularitatibus ex homicidio aut simonia vel apostasia a fide aut haeresi vel a mala ordinum susceptione vel ex alio delicto scandalum in populum generante provenientibus dispensare valeat, imposita dispensatis congrua eleemosyna in supra-

Ministerio de Cultura 2010

dictos pios huius Nostrae concessionis fines impendenda aliisque iniunctis quae de iure iniungenda sunt. Itemque ut exceptis dignitatibus cuiusvis generis et Cathedralium aut maiorum ecclesiarum Canonicatibus, nec non beneficiis curam animarum adnexam habentibus convalidare possit titulos aliorum beneficiorum sub huiusmodí irregularitate susceptorum et super fructibus ex illis interea perceptis compositionem decernere in eosdem pios fines erogandam. IX. Eidem facultatem tribuimus permittendi personis nobilibus aut qualificatis ut missas, per horam ante lucem ac per horam post meridíem per se ipsos, si presbyteri sint, celebrare vel per alium ipsis praesentibus, celebrari facere valeant. X. Insuper ut ecclesiasticos viros qui ad restitutionem fructuum beneficiorum simplicium tantum, quae adnexam non habeant animarum curam nec personalem residentiam requirent, ex omissione recitationis horarum canonicarum tenebantur ad congruam compositionem super iisdem fructibus erogandam pro medietate Ecclesiis vel aliis locis quorum ratione horas praedictas recitare debent et pro altera medietate in supradictos pios fines admittere possit. XI. Ad haec ut super impedimento occulto affinitatis ex illicita copula provenientis aliqua in eodem fines eleemosyna iniuncta dispensare possit cum iis qui matrimonium altero saltem coniuge in bona fide existente contraxerint quo illi matrimonium ipsum, renovato inter se secreto consensu rursus contrahere, et in eo postmorum remanere licite valeant, atque ut dispensare item valeat ad petendum debitum cum illis qui eiusmodi affinitatem post matrimonium contraxissent. XII. Eidem quoque executori potestatem facimus ut pro foro censcientiae tantum super iniuste oblatis, seu acquisitis compositionem competentem decernere possit in praedictos pios fines erogandam, dummodo scilicet domini quibus restitutio esset facienda post debitam diligentiam pro iisdem inveniendis adhibitam reperiri non possint et praestito a debitoribus iuramento de hac diligentia per eos facta et dummodo iidem debitores in confidentiam et sub spe huiusmodi compositionis illa non abstulerint seu acquisiverint. XIII. Denique volumus et iubemus ut iuxta memoratae Conventionis articulum XL necnon iuxta alteram additionalem conventionem anno MDCCCLIX Ordinarii per Hispanicam ditionem Praesules in respectiva sua Dioecesi eleemosynas seu proventus administrent in visu huiusmodi Nostrae concessionis percipiendas sic ut administratio huiusmodi ecclesiastica

Ministerio de Cultura 2010

prorsus sit neque laicae potestatis obnoxia, hoc est a personis exercenda per dictos Ordinarios nominatis. Et quoniam in praecedentibus indultis atque in novissima Cruciatae concessione a Leone PP. XII Decessore Nostro decreta statutum fuerat ut ex eleemosynis inde collectis certae quaedam summae tum Nostris Patriarchalibus templis Lateranensi et Vaticano tum Apostolico Nuntio ad catholicum Regem, tum Nostrae Secretaríae Brevium statis temporibus solverentur: Nos pariter decernimus ut ex pecuniis ex Nostra hac concessione colligendis eaedem ipsae summae per dictum Archiepiscopum Toletanum eodem prorsus modo persolvantur. Atque ad praecedentium eorundem decretorum tramites executori eidem mandamus ut ad solutionem ipsam perficiendam peculiari etiam sponsione rite se obstringat. Item volumus et mandamus ut Archiepiscopus Toletanus sumaria typis edenda curet eaque reliquis Ordinariis iusta illorum postulationes distribuat. Praeterea Apostolica auctoritate concedimus ut idem Archiepiscopus executor hasce litteras Nostras in vernaculam linguam vertere, illasque et in eis contenta seu compendium in quibuslibet Hispanicae ditionis locis viva voce seu scriptis aut typis impressis exemplis publicare et enunciare ac tam ipse quam in respectiva sua Dioecesi unusquisque Praesul eleemosynas in pias supradictas causas colligere atque idoneos sibi in eam rem adiutores, necnon depositarios ratiocinatores, aliosque similes officiales, servatis tamen quae in praesentis Bullae seu Cruciatae executione ex Sanctae huius Sedis decretis et in utraque conventione superius memorata servanda sunt deputare et cum idoneis facultatibus constituere atque praefatus Archiepiscopus ea omnia quae faciliori earum litterarum executionis visa fuerint peragere valeat. Haec omnia et singula concedimus et indulgemus decernimus ac mandamus non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar aliisque S. huius Sedis et Conciliorum etian Generalium Constitutionibus et Ordinationibus aliisque decretis quacumque forma editis quibus omnibus et singulis illis etiam quorum peculiaris et expresa mentio esset habenda specialiter ad harum Nostrarum litterarum effectum et plenissime derogamus ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus quoque ut harum litterarum exemplis etiam typis impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae alicuius in ecclesiastica dignitate coustitutae munitis eadem prorsus adhibeatur fides quae iisdem litteris hoc ipso diplo-

Ministerio de Cultura 2010

mate ostenso haberetur. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XV Septembris MDMII Pontif: Nostri Anno XXV.

Alois. Card. MACCHI

# NOVISSIMAE IN TESTO BULLAE CRUCIATAE ACCLARATIONES

## Preces Emmi. Commissarii motivae necnon et Decretum super his datum die 7 de Maii 1902.

Beatissime Peter:

*Cardinalis Cyriacus Maria Sancha et Hervás*, Archi epis copus Toletanus et Patriarcha Indiarum Occidentalium ad pedes S. V. provolutus, qua Commissarius Bullae Cruciatae in universo Hispaniarum Regno Sanctitatis Vestrae judicio nonnullas proposuit immutationes, quas in textu ejusdem Bullae Cruciatae inducere ipsi opportunum videtur.

Mutationes haec sunt:

1.° In paragrapho 2.° Bullae ultimo concessae sustituenda videntur verbis «*etiam tempore interdicti*» verba sequentia «*non modo extra tempus interdicti, sed etiam tempore interdicti*».

Ratio hujus mutationis in promptu est, nempe: convenientia finem imponendi theologorum disputationibus, quoad sensum et extensionem praedictae periodi, quae certe aliqua laborat obscuritate. Nam alii, cum in hispanicam linguam verbum «*etiam*» vertunt, id significare contendunt «*aun*» et exinde inferunt gratiam concessam, non modó extendi ad tempus interdicti, sed etiám ad tempus in quo tale non est declaratum interdictum. Haec sententia est feré communis, ut videre est in auctoribus qui de hac re tractant, eique favet ipsemet Commissarius Apostolicus Cruciatae.

Non desunt tamen qui verbum *etiam* pro *igualmente* hispanicé vertunt, ut juxta eorum sensum gratia, de qua agitur, tantummodo applicari deberet in tempore interdicti, et non extra interdictum. Quaestio igitur manet solvenda, et facillimé ut arbitramur, solutionem acciperet cum simplici mutatione proposita.

Ministerio de Cultura 2010

2.º Item in paragrapho 3.º periodum «*Verum ad quadragesimale tempus quod attinet ab hoc indulto exceptos volumus etc.*» ita vel simili modo posset exprimi «*Verum ad quadragesimale tempus quod attinet ab hoc indulto exceptos volumus Patriarchas... praesulesque inferiores, necnon regulares ecclesiasticos, ordinum non militarium extra claustra commorantes et presbyteros soeculares qui ad sexaginta annorum aetatem non pervenerint. Sacerdotes vero regulares intra claustra degentes exceptos tantum volumus hebdomada maiori proeter Dominicam Palmarum*».

Hujus mutationis motivum resolutio est S. C. S. O. die 31 Januarii hujus anni data, in qua decisum fuit, ad consultationem Emi. Commissarii, sacerdotes saeculares (regulares dicere deberet) intra claustra commorantes, vi Bullae Cruciatae, ova et lacticinia edere posse, in jejunis Quadragesimae excepta tota hebdomada majori.

3.º Demum paragraphus 5.º ita redigi oportet, ut soluta sequuentia appareant dubia: Utrum Christifideles visitationem altarium repetentes in diebus Stationum Urbis, ultra indulgentiam plenariam pro defunctis, aliam pro se valeant lucrari. «Utrum indulgentiae omnes quae in Bulla conceduntur, aplicari semper valeant animabus in Purgatorio degentibus.»

FERIA QUARTA DIE 8 MAII 1902.

In Cong. Gen. feria IV habita ab Emis. ac Rvmis. D. D. Card. Gen. Inquisitoribus, proposito suprascripto supplici libello, praehabitoque R. R. D. D. Consultorum S. O. voto, iidem Emi, respondendum censuerunt:

Ad I. Verba «*etiam tempore interdicti*» respiciunt solum tempus interdicti; ideoque interpretatio extensiva indulti extra tempus interdicti sustineri nequit.

Ad II. Satis provissum per decreta S. O. fer. IV, 4 Martii 1891 et fer. IV, 23 Januarii 1901.

Ad III. Unicam indulgentiam plenariam concedi in casu. Et supplicandum SSmo. ut benigne decernere ac declarare dignetur omnes et singulas indulgentias in Bulla *Cruciatae* concessas applicari posse per modum suffragi pro animabus in Purgatorio detentis; idque expresis verbis dicatur in Bulla.

Et ad mentem: 1. Ut Emo. Card. Oratori iterum transmittatur exemplar decreti editi feria IV, 23 Januarii 1901, necnon decreto edicto feria IV, 4 Martii 1891 relate ad Bullam *Cruciatae*. 2. Ut idem Emus, tempore opportuno trans-

Ministerio de Cultura 2010

mittat ad Supremam hanc Congregationem S. O. exemplar authenticum Bullae Cruciatae juxta novam formulam ad quam redigetur.

Insequenti vero feria VI, die 9 ejusdem mensis et anni Sanctissimus D. N. D. Leo Div. Prov. P. P. XIII in solita audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, habita de omnibus relatione, responsiones Emorum Patrum plené adprobavit, atque ut indulgentiae de quibus sub N. III defunctis applicari queant suffragii ad modum prout ab Emis. fuit propositum benigné decernere ac declarare dignatus est. Contrariis non obstantibus quibus quibuscumque.

J. Can. MANCINI, *S. R. et U. I. Not.*

---

**Decreta de quibus supra mentio fit.**

Litterae quibus die 31 Januarii 1901 communicatum fuit. Emminentissimo Dño. Card. Archiep. Toletano decretum f. IV 23 Januarii 1901 circa Bullam dictam Cruciatae *quoad viros regulares sive sacerdotes sive laicos necnon quoad sanctimoniales.*

»In Congregationes Generali S. O. habita feria IV, 23 »curr. mensis ad examen vocatis drecibus Eminentiae Tuae »die 19 Octobris anni pr. elapsi signatis, quibus petis; *An »Regulares intra claustra degentes etiam vi solius Bullae »Cruciatae possint edere ova et lactic'nia in jejunis Quadra- »gesimae, non excepta Hebdomada Majori*, Emmi. D. D. »Cardinales una mecum Inqres Geles. decreverunt: *Afirma- »tive, exceptis Sacerdotibus qui, sicut presbyteri saeculares et »regulares extra claustra commorantes, indultum lacticinio- »rum habentes, tota Majori Hebdomada ab ovis et lacticiniis »abstinere debent; et ad mentem. Mens est ut satagant supe- »riores, ut Regulares laici et Moniales intra claustra degen- »tes, durante Majori Hebdomada, jejunium, uti Sacerdotes, »non tamen sub praecepto, servent.*

»Dum haec ad Eminentiae Tuae pro meo munere noti- »tiam defero, impensos, etc.»

Literae quibus die 7 Martii 1891 communicatum fui Emminentissimo Dño. Card. Arbhiepo Toletano decretum feria iv, 4 Martii 1901 quoad Bullam Cruciatae in quantum spectat ad Regulares.

«In Congregatione habita feria IV, die 4 curr. mens- »(Martii 1891) ad examen vocatis dubiis ab Em. Tua propo. »sitis litteris datis die 28 Februari anni elapsi, circa inter-

Ministerio de Cultura 2010

»pretationem novissimi decreti hujus Supr. Congnis. super »Bulla Cruciata, Emi. Dni. Cardinales nna mecum Inqres. »Genles. decretum ipsum in hunc modum evulgandum man- »darunt: *Regulares utriusque sexus, exceptis iis que voto spe- »ciali sunt adstricti in jjeuniis etiam cuadragesima po- »sunt vi Bullae Cruciatae edere carnes, ova et lactici- »nia, necnon ova el lacticinia cum piscibus in eadem comes- »tione miscere. Presbyteri vero regulares extra claustra com- »morantes, vulgo exclaustrados, praeter Bullam Cruciatae et »sumarium carnis tenentur Summarium quoque lacticiniorum »suscipere, ut Presbyteri seaculares. At Regularibus intra »claustra degentibus, sive sacerdotes sint sive laici sive mo- »niales, sufficiunt Bulla Cruciata et summarium carnis, nisi »sint ex Ordine Minorum S. Francisci, qui nulla bona pos- »sident, quibus sufficit Bulla Cruciata.*

»Precor E. T. summopere curare, ut hoc decretum apos- »tolica Summi Pontificis auctoritate firmatum quo primum »possit publici juris fiat, ejusque jam publicati exemplar ad »me transmittatur in Tabulario supremae Congregationis asservandum.

»Interim impensos, etc.»

# NOS DR. D. RAMON TORRIJOS Y GOMEZ

POR LA GRACIA DE DIOS Y DE LA SANTA SEDE APOSTÓLICA, OBISPO DE BADAJOZ, CABALLERO GRAN CRUZ DE LA REAL Y DISTINGUIDA ORDEN AMERICANA DE ISABEL LA CATÓLICA, ETC., ETC.

Hacemos saber: Que por defunción del M. I. Sr. D. José Rodrigo de la Cerda se halla vacante en esta nuestra Santa Iglesia Catedral una Canongía cuya provisión corresponde á la Corona y ha de verificarse por oposición, con arreglo al Decreto concordado de 6 de Diciembre de 1888. En su virtud, los que siendo presbiteros, ó en aptitud de serlo *intra annum a die adeptae possesionis*, quieran mostrarse opositores deberán presentar en la Secretaria de este Obispado dentro del termino de 40 días, contados desde la fecha de este Edicto, cuyo termino Nos reservamos prorogar, si lo creyéramos conveniente, sus solicitudes acompañadas de los titulos de Ordenes y de Grados si los tuvieren,

Ministerio de Cultura 2010

testimoniales de sus Prelados respectivos, fé de Bautismo expedida por el Párroco, y legalizada en debida forma, si fueren extradiocesanos, y por ultimo, la habilitación competente, si fueran regulares. Con estos documentos y demás circunstancias prescriptas por el Derecho, serán admitidos á los ejercicios de oposición, que consistiran en disertar en latin por espacio de una hora, con puntos de veinticuatro, sobre el que eligiere á la suerte el opositor entre los tres tomados de los cuatro libros del Maestro de las Sentencias; responder acto seguido á dos argumentos de media hora cada uno que le serán propuestos en forma silogística; argüir dos ó más veces, si la combinación de la trinca lo exigiere, tambien en la misma forma y por el tiempo anteriormente dichos y predicar en castellano por espacio de una hora con puntos de veinticuatro, sorteados en el Libro de los Evangelios.

Terminados los ejercicios, que empezarán luego que concluyan los cuarenta días señalados en este Edicto, el Tribunal nombrado al efecto, atendiendo á la suficiencia, méritos y demás cualidades de cada uno de los opositores, formará la terna correspondiente, que será elevada á S. M. para la provisión según las disposiciones vigentes.

El electo, sobre las obligaciones comunes á los demás Canónigos, tendrá la especial que Nos, oido el parecer de nuestro Ilmo. Cabildo, hemos tenido á bien imponerle y es la de predicar en esta Santa Iglesia Catedral cada año seis sermones de los llamados de *tabla*.

Dado en nuestro Palacio Episcopal de Badajoz, firmado de nuestra mano, sellado con el mayor de nuestras armas y refrendado por nuestro Secretario de Cámara y Gobierno á doce de Diciembre de mil novecientos dos.

† RAMÓN, *Obispo de Badajoz.*

Por mandado de S. E. I. el Obispo,
mi Señor,
MARIANO ZABALA,
*Secretario.*

Ministerio de Cultura 2010

SECCION LEGISLATIVA

## Leyes, Disposiciones y Resoluciones

*referentes á la exceptuación de los bienes de Capellanías de las leyes desamortizadoras y á otros asuntos importantes relacionados con aquellas.* (1)

Conclusión.)

### III

*Recursos contra la incautación, subasta ó enajenación de los bienes de capellanías.*

Presentada una reclamación ó protesta contra la incautación de bienes de capellanías, no podrá ser anunciada la subasta hasta que la reclamación ó protesta hubiesen sido definitivamente resueltas. – Art. 6 de la Circular de la Dirección general de P. y D. del Estado, de 4 de Febrero de 1888.

El capellan y no el patrono de una capellanía (2) tiene personalidad para acudir á la vía contenciosa-administrativa en defensa de los bienes de la capellanía y contra la incautación.—Sentencia del Tribunal contencioso administrativo, de 11 de Febrero de 1890.

El Prelado no tiene acción en un pleito referente á si los bienes de una capellanía pertenecen ó no al Estado (3) Sentencia del Tribunal Supremo de 24 de Junio de 1896.

Si al interponerse una reclamación contra la incautación ó proyecto de subasta de bienes de capellanías, hubiese sido ésta anunciada en el *Boletin de Ventas de Bienes del Estado* (4) se entenderá entablada la reclamación contra la adjudicación del remate: en cuyo caso, el instructor del expediente viene obligado á insertar en él la reclamación, para que si fuese justa, sea atendida por la Dirección general y deje sin efecto el remate.—Artículo 7 de la Circular

(1) Véase el núm. 22.

(2) El patrono de la capellánía colativa á que se refiere el fallo, no el familiar.

(3) Salvo el respeto que el Supremo Tribunal nos merece, entendemos que este fallo no está conforme con las prescripciones legales: 1.° porque los Prelados, por derecho propio, tienen el carácter de causa habientes en materia de beneficios ya que *jure devolutivo* son verdaderos patronos, y 2.° porque los bienes de capellanías son indudablemente eclesiásticos y nadie en buena ley puede negar á los Prelados la legítima representación de la Iglesia en todo lo que á los bienes de la misma, de sus respectivas diocesis se refiere.

(4) Indudablemente sería más corecto insertar esta clase de anuncios en el "Boletin oficial» de la respeptiva provincia.

Ministerio de Cultura 2010

de la Dirección general de P. y D. del Estado de 4 de Febrero de 1888.

Es procedente la interposición del recurso de queja ante el Superior jerárquico inmediato, si no se diere curso á la reclamación formulada ó no se tramitase el expediente en forma legal.—Artículos 122 y 123 del Reglamento de Hacienda de 15 de Abril de 1890.

Pueden impugnarse en cualquier tiempo, por la vía gubernativa, las ventas efectuadas ilegalmente por el Estado (1).—Real decreto sentencia de 30 de Noviembre de 1883.

Cuando sea un Director general el que dicte la resolución definitiva en primera instancia, podrá ser apelada ésta ante el Ministerio.....Cuando fuere el Ministro el que resuelva en primera y única instancia, sus acuerdos causarán estado y terminarán la vía gubernativa pudiendo ser impugnados en lo contencioso-administrativo..... El término para interponer por los particulares el recurso contencioso, será en toda clase de asuntos el de tres meses..... No podrá intentarse demanda judicial contra la Hacienda... sin que se acredite haberse apurado la vía gubernativa.—Artículos 109, 108, 128 y 2 del Reglamento provisional de 15 de Abril de 1890.

No siendo lícito atribuir al Estado excepciones y privilegios que la ley no le concede, puede en su caso alegarse la prescripción contra los bienes que hubiese dejado de poseer por el término legal.—Sentencia del Tribunal Supremo de 16 de Abril de 1881.

Los usurpadores ó secuestradores de bienes ó réditos pertenecientes á eclesiásticos, por razón de sus iglesias ó beneficios, incurren, *ipso facto*, en excomunión *speciali modo* reservada al Soberano Pontífice.—Art. XI de la Constitución *Apostolicae Sedis*.—Dr. Ramón Font, *Arcipreste y Vicario general de Gerona.*

# Obra de la propagación de la Fé

## Junta Diocesana de Badajoz

Cantidades recaudadas en el año actual, de que se dió

(1) Mientras no hubiere trascurrido el tiempo de cuarenta años, tratándose de bienes de capellanías, y no estuviesen escritos á favor de un tercer poseedor.

Ministerio de Cultura 2010

cuenta en la junta general celebrada el día 3 del presente mes, bajo la presidencia del Excmo. Sr. Obispo de la diócesis.

RECAUDADO EN LA CAPITAL

| | Pts. | Cts. |
|---|---|---|
| Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo | 25 | |
| Sr. Secretario de Cámara | 5 | |
| M. I. Sr. Dean | 5 | |
| M. I. Sr. Arcipreste | 2 | 50 |
| M. I. Sr. Arcediano | 2 | 60 |
| M. I. Sr. Penitenciario | 3 | |
| M. I. Sr. Lectoral | 2 | 50 |
| M. I. Sr. Magistral | 3 | |
| M. I. Sr. Doctoral | 3 | |
| M. I Sr. D. José Doncel | 2 | |
| M. I. Sr. D. Francisco Perez | 3 | |
| M. I. Sr. D. Cayetano Pagador | 2 | 60 |
| M. I. Sr. D. Juan Antonio Cabrera | 2 | 60 |
| M. I. Sr. D. Manuel Aguilar | 2 | 60 |
| M. I. Sr. D. José M.ª Diaz Calvo | 5 | |
| M. I. Sr. D. Eulogio Durán | 4 | |
| Colectores de la parroquia de San Andrés | 72 | 25 |
| Un Sacerdote de la misma parroquia | 5 | |
| D.ª Magdalena Turriente | 2 | 50 |
| D.ª Josefa Pulido | 26 | |
| Colectoras de la parroquia de San Juan | 66 | 60 |
| Varias limosnas recogidas en el acto de la junta. | 10 | 50 |
| *Suma total* | 256 | 25 |

RECAUDADO EN LOS PUEBLOS

| | | |
|---|---|---|
| Colecta de Campanario, correspondiente al año anterior | 239 | 25 |
| Del mismo pueblo en el año de estas cuentas | 248 | 75 |
| Parroquia de Montijo | 3 | |
| Idem de Villafranca | 15 | |
| Dos suscriptoras de Pallares | 4 | |
| Colecta de Barcarrota | 200 | |
| Idem de Alcuescar, correspondiente al año anterior | 33 | |
| Parroquia de Ahillones | 18 | 50 |
| Idem de Los Santos | 100 | |
| Colecta de Jerez de los Caballeros | 192 | 50 |
| *Suma y sigue* | 1.054 | 00 |

Ministerio de Cultura 2010

| | | |
|---|---|---|
| *Suma anterior*.......... | 1.054 | 00 |
| Idem de Mérida............................ | 80 | 60 |
| Varias limosnas de Montemolín.............. | 5 | |
| Parroquia de Villalba........................ | 59 | 80 |
| Idem de Santa Marta........................ | 15 | |
| Idem de Segura de León..................... | 100 | |
| Excma Sra. Condesa de la Oliva, Almendralejo. | 100 | |
| Parroquia de Burguillos...................... | 26 | |
| Idem de Almendralejo....................... | 286 | |
| Idem de Medina............................ | 15 | |
| Idem de Oliva de Jerez...................... | 100 | |
| *Suma total*.......... | 1.841 | 40 |

RESUMEN

*Cargo*

| | | |
|---|---|---|
| Importa lo recaudado en la Capital........... | 256 | 25 |
| Idem en los pueblos del Obispado............. | 1.841 | 40 |
| *Total general*......... | 2.097 | 65 |

*Data*

| | | |
|---|---|---|
| Gastos de mandatario, franqueo de Anales, invitaciones impresas para la junta general y otros, según cuenta detallada que con sus comprobantes obra en poder de la Sra. Tesorera........ | 26 | 15 |
| Y queda un remanente líquido de dos mil setenta y una pesetas con cincuenta céntimos....... | 2.071 | 50 |

que han sido remitidas á la Tesorera general, Excelentísima señora Condesa de Armildez de Toledo.

Badajoz 10 de Diciembre de 1002.—Presidenta, Consuelo Martinez T. de Albarrán.—Tesorera, Concepción T. Benjumea, Viuda de Roffignac.—V.º B.º, Manuel Aguilar.

# EXPOSICION DIOCESANA

## OBJETOS RECIBIDOS PARA LAS IGLESIAS POBRES DE ESTE OBISPADO.

*Continuación.*

LOBON.—Srta. D.ª Araceli Chorot Coca: Tres juegos de corporales con encaje, tres purificadores bordados en el centro, tres palias y tres hijuelas con calados.

MIRANDILLA.—Varias niñas de la escuelapública: Tres purificadores y tres paños de lavabo.

Ministerio de Cultura 2010

# INDICE GENERAL

DEL

# BOLETIN OFICIAL ECLESIASTICO

## Año de 1902

Página

NÚMERO 1.º

Circular de S. E. I. sobre la publicación de la Santa Bula.—Obra de la Propagación de Fe.—Pureza y conservación de las especies sacramentales.—Resolución de la S. R. U. Inquisición sobre el vino que ha de usarse en la Misa.—Disposiciones legales sobre la blasfemia.—La fiesta de San Francisco Javier en Barcarrota.—Misiones en la Diócesis.—Cuentas de Fábrica.—Negrologia.—Anuncio importante.. 1 á 16

NÚMERO 2.

Circular de S. E. I. sobre facultades extraordinarias al clero.—Idem de la Secretaría de Cámara: I Felicitaciones á S. E. I.—II Sobre cuentas de fábrica.—III Sínodos para renovación de licencias ministeriales.—Edicto de la Delegación de Capellanias.—Circular del Excelentisímo Sr. Fiscal de la Audiencia Territorial de la Coruña sobre la blasfemia.—Resolución de la Administración de Hacienda de Valladolid sobre pago de consumos.—Collationes morales pro mense Januarii.—Concurso á curatos en esta Diócesis.—Nómina de Ordenandos.—Cuentas de Fábrica.—Estados Parroquiales.—Colectas.— Bibliografía .......... 17-32

NÚMERO 3.

Circular de S. E. I. sobre el Jubileo Pontificio de León XIII.—Idem sobre el carnaval.—Señores sacerdotes que han ofrecido celebrar una Misa destinando el estipendio á Su Santidad.—Alumnos de este Seminario en Roma.— Misiones en la Diócesis.—Cuentas de Fábrica.—Estados Parroquiales.—Colectas.—Bibliografia ...................................... 33-48

Ministerio de Cultura 2010

Página

NÚMERO 4.

Exhortación Pastoral de S. E. I. sobre la Santa Cuaresma.—Circular de S. E. I. al clero sobre idem.—Solemnes cultos en la Santa Iglesia Catedral.—Señores Sacerdotes que han ofrecido celebrar una Misa, destinando el estipendio á Su Santidad.—Colectas.—Cuentas de Fábrica. —Estados Parroquiales.—Anuncios ........ 51-74

NÚMERO 5.

Bendición de Su Santidad.--Circular de S. E. I. sobre el Congreso Católico de Compostela.—Idem de la Secretarla de Cámara sobre donativos para Iglesia pobres.—Mensaje del Sacro Colegio á Su Santidad y respuesta del Soberano Pontífice.—Fiestas religiosas en honor de León XIII.—Santas Misiones.—Carta del Excelentisímo Sr. Obispo de Salamanca á nuestro Rdmo. Prelado.—*Las Doctrinas* en Badajoz.—Viajero ilustre.--Sres. Sacerdotes que han ofrecido celebrar una Misa cediendo el estipendio para S. S.—Cuentas de Fábrica.—Colectas.—Concurso para la construcción del retablo mayor de la S. I. C. de Calahorra.—Estados Parroquiales.—Anuncio importante........... 75-98

NÚMERO 6.

Bendición Papal.—Circular de S. E. I. sobre los Santos Óleos.—Idem sobre la colecta del Viernes Santo.—Idem de la Nunciatura Apostólica.—Delegación de Capellanias.—Ministerio de Estado.—Junta Diocesana de reparación de templos.—El Sacerdote santificado en el confesonario.—Santa Misión en Badajoz.—Funciones de Semana Santa y Páscua en la S. I. Catedral.—Nómina de Ordenandos.—Señores Sacerdotes que han ofrecido celebrar una Misa, destinando el estipendio para Su Santidad.—Cuentas de Fábrica.—Estados Parroquiales.—Colectas.—Anuncio ........... 99-114

Ministerio de Cultura 2010

Página

NUMERO 7.

Resolución de la S. Penitenciaría sobre los legados que carecen de requisitos civiles.—Idem de la S. C. de Ritos sobre oratorios semipúblicos y sobre el color que se ha de emplear en la Misa de la Vigilia de la Inmaculada Concepción.—Reclamación y resolución sobre ilegalidad de derechos en los Juzgados Municipales por las diligencias prévias á la celebración de matrimonios.—Real Decreto sobre matrimonios de militares.—El Sacerdote Santificado en el confesonario.—Misiones en la Diócesis.—Señores Sacerdotes que han ofrecido celebrar una Misa cediendo el estipendio para Su Santidad.—Colectas.—Cuentas de Fábrica.—Estados Parroquiales.—Negrologia.—Bibliografía. 115-130

NÚMERO 8.

Circular de S. E. I. sobre el mes de María.—Circulares de la Secretaría de Cámara: I sobre licencia para ausentarse de las Parroquias; II sobre la Exposición Diocesana de donativos para Iglesias pobres.--Decretos de la S. C. de Ritos—Los dotes de las Religiosas cuando éstas pasan á otro convento.—De la obligación de celebrar por razon del beneficio eclesiástico poseido.—Misiones en Villanueva de la Serena.—La cuaresma en Burguillos.—Colectas.—Cuentas de Fábrica.—Estados Parroquiales.—Necrología.—Anuncios.................. 131-146

NÚMERO 9.

Circular de S. E. I. mandando celebrar sufragios por S. M. el Rey D. Francisco de Asís.—Idem sobre preces al Espíritu Santo.—Idem sobre el concurso á curatos.—Idem de la Secretaría de Cámara sobre colectas.—Socios titulares del Congreso Católico de Compostela.—Declaración de la S. C. de Negocios Eclesiásticos extraordinarios sobre esponsales.—Instrucción de la Santa Sede sobre la acción católica en Italia.—R. O. sobre derechos de los Pá-

Ministerio de Cultura 2010

Página

rrocos en los expedientes de reemplazo.—Idem sobre las Asociaciones Religiosas—El Sacerdote y el Médico.—Obra de la Propagación de la Fé.—Donativos para las Iglesias pobres de este Obispado.—Colectas.—Necrologia....... 147-162

NÚMERO 10.

Viaje del Prelado.—Carta Encíclica de nuestro Santísimo Padre el Papa León XIII.—Edicto de la Delegación de Capellanias.—Vigilia de Pentecostés.—Toma de posesión.—Colectas.—Cuentas de Fábrica.—Estados Parroquiales.—Anuncios .............................. 163-178

NÚMERO 11.

Regreso del Prelado.—Carta Encíclica de nuestro Santísimo Padre el Papa León XIII (*conclusión*).—Socios titulares del Congreso Católico de Compostela.—Exposición Diocesana.—Nómina de Ordenandos.—Colectas.—Cuentas de Fábrica.—Necrologia .................... 179-194

NÚMERO 12.

Congreso Católico de Compostela.—Elección de Administrador Habilitado.—Oficio Parvo del Sagrado Corazón de Jesús.—Dudas litúrgicas referentes á la misma fiesta.—Resoluciones de la S. C. de Indulgencias sobre el *Via-Crucis*.—Idem de la Penitenciaría sobre legados piadosos en un testamento nulo por Derecho civil.—Exposición Diocesana.—Las «Doctrinas» en Badajoz.—Delegación de Capellanías.—Cuentas de Fábrica.—Necrologia.—Bibliografía.................................. 195-210

NÚMERO 13

Mensaje que los Prelados reunidos en Madrid han dirigido á Su Santidad y contestación al mismo.—Resolución de la S. C. de Ritos.—Idem de la del Concilio.—De los Confesores de Comunidades Religiosas.—Sucinta explicación de las causas canónicas ordinarias para la con-

Ministerio de Cultura 2010

Página

cesión de dispensas matrimoniales.—Elección de Administrador Habilitado.—Socios del Congreso Católico de Compostela.—Exposición Diocesana.—Ejercicios espirituales.—Cuentas de Fábrica.—Colectas ...................... 211-226

NUMERO 14

Sagrada Congregación de Obispos y Regulares sobre profesión de Religiosas.—Carta de los Señores Sacerdotes, que han practicado Ejercicios Espirituales, á nuestro Excmo. Prelado. —Alocución pronunciada por Su Santidad en el Consistorio último.—Exposición Diocesana. —Congreso Católico de Compostela.—Necrologia.—Anuncio importante.—Calificaciones de seminaristas en los exámenes de fin de curso.. 227-246

NÚMERO 15.

Encíclica de S. S. sobre las Eucaristía.—Exposición Diocesana con motivodel Jubileo Pontificio.—Carta dirigida á S. E. I. por los Sacerdotes que han practicado ejercicios en la 2.ª tanda.—Sentencia declarando la pobreza legal de la Fábrica parroquial de Arroyomolinos de Montanchez para litigar.—Colectas.—Necrologia.—Calificaciones de los seminaristas ..... 247-262

NÚMERO 16

Felicitación á nuestro Excmo. Prelado.—Circular de la Secretaría de Cámara.—Exposición Diocesana —A los Señores Párrocos.—Peregrinación Catalana.—Necrología.—Calificación de seminaristas .................... 263-286

NÚMERO 17.

Bendición de Su Santidad.—Circular de S. E. I. dando las gracias por los objetos recibidos para la Exposición Diocesana.—Seminario Conciliar: Edicto de S. E. I. anunciando la apertura de curso.—Idem idem sobre provisión de becas.—Inaguración de la Exposición Diocesana.—Objetos recibidos para la misma.—Co-

Ministerio de Cultura 2010

Página

lectas.—Cuentas de Fábrica.—Necrología.—Calificaciones de seminaristas.............. 287-310

NÚMERO 18.

Circular de S. E. I. sobre Altar Privilegiado.—Idem sobre el Santo Rosario.—Carta Encíclica de S. S. sobre la Santísima Eucaristía.—Felicitaciones á nuestro Excmo. Prelado.—Peregrinación á Roma.—Exposición Diocesana.—Sentencia importante.—Necrologia...... 311-326

NÚMERO 19.

Sagrada Congregación de Ritos sobre la oración: *Et famulos*.—Instrucción Pastoral de los Prelados reunidos en el Congreso Católico de Compostela.—Exposición Diocesana.—Aclaraciones sobre el decreto de votos simples de las Religiosas.—Nómina de Ordenandos.—Cuentas de Fábrica.—Pan de San Antonio....... 327-342

NÚMERO 20.

Viaje de nuestro Excmo. Prelado.—Apertura del curso en el Seminario Conciliar.—Resolución de la S. Penitenciaría sobre la circunstancia *ætas superadulta oratricis* para obtener dispensas matrimoniales.—Mensaje de los Obispos reunidos en el Congreso Católico de Compostela á S. M. el Rey.—Conclusiones del Congreso Católico de Compostela.—Collationes morales pro mense Octobris.—Exposición Diocesana.—Colectas.—Bibliografía........... 343-358

NÚMERO 21.

Circular de la Secretaría de Cámara sobre expedición de documentos de los archivos parroquiales.—Edicto de la Delegación de Capellanías.—Resolución de dudas acerca del decreto sobre votos simple de Religiosas.—Idem sobre la fiesta del Sagrado Corazón de Jesús.—Idem sobre altar privilegiado.—Cláusula impuesta en las dispensas de impedimentos matrimo-

Ministerio de Cultura 2010

Página

niales.—Sentencia interesante acerca de las Asociaciones y Hermandades.—Los peregrinos de Badajoz.—Exposición Diocesana.—Discurso leido en la apertura del curso en el Seminario Conciliar.—Necrologia...................... 359-374

NÚMERO 22.

Regreso del Rvmo. Prelado.—Congreso Católico de Compostela: contestación de S. M. al Mensaje de los Señores Obispos.—Leyes, Disposiciones y Resoluciones sobre exceptuación de bienes de Capellanias.—Obra de la Propagación de la Fé.—Acto conmovedor.—Exposición Diocesana.—Discurso leido en la apertura del curso en el Seminario Concilar.-Anuncio. 375-390

NÚMERO 23.

Bendición Papal.—Circular de la Secretaría de Cámara sobre distribución de objetos de la Exposición Diocesana.—Edicto convocando á oposición para el Beneficio de Organista de esta Santa Iglesia Catedral.—Resoluciones de la S. C. de Ritos.—Bendición de un nuevo altar.—Exposición Diocesana.—Discurso leido en la apertura de curso en el Seminario Conciliar.—Leyes, Disposiciones y Resoluciones sobre capellanias.—Advertencia importante.—Necrologia.—Tabla de los sermones que se han de predicar en la Santa Iglesia Catedral........ 391-406

NÚMERO 24.

Nueva prórroga del privilegio de la Bula de la Santa Cruzada.—Aclaraciones novísimas en el texto de dicha Bula.—Edicto convocando á oposición una Canongía en esta S. I. C.—Leyes, Disposiciones y Resoluciones sobre exceptuación de bienes de Capellanias, (conclusión).—Obra de la Propagación de la Fé.—Exposición Diocesana........................ 407-422

Ministerio de Cultura 2010

Ministerio de Cultura 2010